Phillipps. 391. S. G. Kisch, Ps-Philo, S. 27 | 1.3

87v. ORATIO MOYSI IN DIE OBITUS SUI.

Dne ds si adhuc potero petere de te iuxta multitudinem misericordie tue. non indigneris michi. Et ostende michi quanta quantitas temporis transiit et quanta remansit. Et dixit ad eum. Istic mel. apex magnus momenti plenitudo et ciati guttam et omnia complevit tempus. Quatuor enim semis transiit. et duo semis superant. Et audiens moyses repletus est sensu. et mutata est effigies eius in gloria. Et mortuus est in gloria secundum os dni et sepelivit eum iuxta quod promiserat ei. Et lugebant angeli in morte eius. et precedebant eum fulgura et lampades et sagitte omnes unanimes. Et in illa die non est dictus ymnus militum processu moysi. nec fuit talis dies ex quo fecit dns hominem super terram. nec erit talis adhuc in sempiternum. ut humiliet pro hominibus ymnum angelorum quoniam amavit eum valde. Et sepelivit eum per manus suas super excelsam terram in lumine totius orbis.

26. VISIO ZENEZ PATRIS GOTHONIEL

Cum sederent seniores inhibivit sps scs habitans in zenez et extulit sensum eius et cepit prophetare dicens. Ecce nunc video que non sperabam. et considero que non cognoscebam. Audite nunc qui habitatis super terram sicut commorantes in ea prophetaverunt ante me videntes horam hanc priusquam corrumperetur terra. ut cognoscatis predestinatas prophetationes omnes vos qui habitatis in ea. Ecce nunc video flammas non ardentes. et audio venas expergefactas de somno quibus non est fundamentum. neque fastigia montium nec suspensionem fundamenti considero. sed omnia inapparentia et invisibilia. quibus locus non est omnia